


## Contra Indifferentiam Religionum

Güstrovii: Lembkius, [1702]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832081876>


Druck Freier  Zugang





MLK-9453-(1.)

*Ex  
Bibliotheca  
Academicae  
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.  
 Funeraria in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.  
 Lesus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, de mysterio pietatis.  
 mit Praes. G. Voigtii Gustr. 1671.  
 (von Gredelbach)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderator F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ms. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. ( " " )

1737. ( " " )

1738. ( " " )

1739. ( " " )

1741. ( " " )

1743. ( " " )

1744. ( " " )

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ Severi *Stamus bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Juliae Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.




70

CONTRA  
INDIFFERENTIAM  
RELIGIONUM.



GÜSTROVII,  
Typis JOHANNIS LEMBKII, Aul. Typograph.



**I**N mundo vivimus L. B. immundo quidem,  
sed indifferenti Indifferentibus,  
qui legem sibi ex arbitrio fingunt,  
velut soluti à lege Creatoris, aut homines sibi ipsis nati,  
modò ut securius peccare liceat,  
dum DEUS pœnas differt.

Mundo larvam detrahere volunt, aut, quod verius, obducere,  
ceu sapientiores sibi visi ad fallendum;  
in eo tamen feliciores,  
quod inter Christianos nati, ceu personati,  
ut magis imponant Christiano nomini  
sive in vitæ sive in fidei præceptis.

PROBABILITATEM quærunt, non amplius quicquam,  
ipsi improbables omninò & DEO & piis omnibus,  
quos mundus habet reliquos probatâ suâ DEO fide.

Non morabimur jam Lojolitæ, homines tam ingeniosos,  
ut, dum genio indulgent, gravissima etiam scelera  
probabili suâ ratione

vel in virtutes, vel peccatilla,  
voce ipsis gentilibus barbarâ, qui justitiam DEI norunt Rom. I. 32:  
abire jubeant,

metamorphosi sanè mirabili,  
quâ ipsi morologi fiunt, atque prorsus athei,  
placentes tamen sibi in peccatis suis philosophicis,  
quæ à vitiò abstrahere didicerunt.

Sed in quâ fidei sibi homines confidant hodie  
indifferentiâ, præstabit nunc scire.

Hic verò mirare insolentiam!

Fidem amant simplicem, si ruditatem intelligas,  
infantibus futuri similes, qui nec curant,  
nec intelligunt veritatem, credunt tamen,  
dissimiles aliâs & fidei, & morum simplicitate,  
dum scienter peccant, aut ignorantiam  
aut contradicendi libidine.

Securi ergò sunt veritatis cœlestis,  
quam, ne curiosi videantur, parùm curant  
voluntatem prius correcturi,  
quàm intelligunt, quid verum sit,

philo-

philosophiâ sanè novâ  
quâ voluntatem antecedere jubent intellectum,  
quasi cæcus viam monstrare debeat,  
aut prius decernere fas sit, quàm deliberandum.

Medici forsân sapientes!  
qvi prius medicinam afferunt, quàm scientiam habeant aut morbi aut artis suæ,  
freti tamen fiduciâ quâdam.

Judices laudabiles!  
qui sine conformi juris scientiâ judicant.

En homines mirè ingeniosos!  
qvi ex cerebrô suô fidem exstruunt,  
dum nostram fidem, quæ scientiam habet,  
destructum eunt, tanquam fidem cerebri.

Id tamen fidei suæ præponunt,  
ne profus videantur intellectum postponere:

**CHRISTUM** nempe *esse mundi Servatorem,*  
*cujus gratiâ & vires piè vivendi*  
*& salutem consequi oporteat:*

fide satis generali, illis tamen dignâ,  
qvi *ἰσοπέθειαν*. i. e. bonum cultum præ se ferunt  
ipsi ignari veritatis contra Tit. I. I.  
nimirum ut in colluviem religionum, quam meditantur  
i. e. nullam, eò facilius confluant.

Non Sociniani, non Quakeri, non alii,  
qvi vel nomen **CHRISTI** mentiuntur,  
ipsis sunt adversarii,  
quasi boni cives essent omnes aut tolerabiles,  
qvi Principis sui Majestatem aut negant  
aut minuunt, & cum hostibus rem agunt.

Homines admodum amici!  
qvi adeò **CHRISTUM** cum Beliale, lucem cum tenebris  
conjungunt, ceu conformes fidei suæ,  
cujus fundamentum ponunt in amore:  
seponentes interim velut suô locô  
sive vocem **PERSONÆ** aut **TRINITATIS**,  
sive fidem de naturis **CHRISTI** & unione personali  
aut de aliis fidei fundamentis.

*En fraudes hominum sub pietate latentes!*

*En insidias Diaboli!*  
*quibus nos circumvenire studet,*  
*in scholis tamen Christi & detegendas & opprimendas.*  
Quare nostrum esse duximus jam, ne videamur  
rebus nostris deesse,  
juventutem nostram præmunire contra

**Religionum indifferentiam**

Itaque

*Bibli. Acad. Rostochiensis*  
Itaque in medium prodibunt, confus. licet inter se ordine,  
Juvenes quidam electi,  
Oratiunculis suis dicturi  
in Auditorio majori

d. IV. Decembr. A. MDCCII. horis ante meridiem IX. & post merid. III.

**I. BERNHARDUS PHILIPPUS de TESSIN, Nob. Pom.**

De corruptione hujus Seculi, tanquam Prologus.

**II. SAMUEL HENRICUS SIBETH, Güstrov.**

De necessitate, quâ Scholæ tenentur, juventutem suam præmunire,  
adversus errores fidei quoscunque.

**III. CHRISTOPH. FRIDER. MANDENBERG, Rupin. March.**

De Indifferentismi appellatione, tam veteri quàm recenti, ejusque  
significatione.

**IV. JOHANNES LAURENTIUS GUTZMER, Sverin.**

De hominum recens indifferentium opinionibus.

**V. HENRICUS VALENTINUS TIETKE, Ribnic.**

De propensione hominum, maximè Politicorum, ad Indifferentismum.

**VI. JOHANNES PETRUS NEUBAUR, Parchim.**

De obligatione hominis ad notitiam rerum sacrarum.

**VII. MICHAEL HENRICUS CURTIUS, Güstrov.**

De Obligatione ad notitiam specialem certorum fidei articulorum.

**VIII. GUSTAVUS ERICUS FORSMANDER, Sedin. Pom.**

De obligatione ad veritatem cœlestem contra adversarios defendendam,  
erroresque fidei rejiciendos.

**IX. JACOBUS CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

De Conversione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**X. JOHANNES LAURENTIUS KNEGENDORFF, Güstrov.**


De fide semper conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NOSTRO NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine *Germ.*


Si jam, Patroni Magni, literarum Promotores atque *Fautores optimi,*

*si, inquam, est fidei cura, si amor in Scholas  
aut studium aliquod in literatos,  
si metus ab insidiis Adversariorum,  
non est cur dubitemus de vestrà  
confluendi voluntate in Scholam nostram.  
Ego vicissim recipio & observantiam  
& promptitudinem omnem,*

*ceu obsequiosissimus semper*

**JOACHIM. OTTO, Rect. Gymn.**





De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaque Monasteria latius enarrabant Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

